

mnis lumen esse, ex quo conversio profluat; Dreieri: Hominem liberè converti. Quæ omnes castigantur à Paulo, Phil. II. 13.

V. Totum ministri Ecclesiæ officium & dona, quibus illud administrat, est à gratia, non à naturâ, si maximè minister sit irrogenitus. I. Cor. XII. 4. f.

VI. Falsum est, collationem ulterioris gratiæ gradus suspensam esse vel dependere à recto usu primæ, si Arminiano sensu de dependentiâ causali; verum, si de consequentiâ ordinis intelligatur. Matth. XXV. 14. f.

VII. Adeò vires liberi arbitrii in spiritualibus nullas habet homo per naturam, ut ne quidem habeat potentiam passivam, conversionis gratiam admittendi. Rom. II. 7.

II. X. Potentia illa à solâ gratia est. Ez. XXXVI. 26. Et tamen non irresistibilis. Matth. XXIII. 37.

IX. Nec hanc irresistibilem necessitatem, sive in naturalibus sive spiritualibus, unquam defendit Lutherus.

X. Non possunt à Semi-Pelagianismo excusari Pontificii.

XI. Nec à Prædestinatianismo, (suppositâ etiam per Ph. Buchium Prædestinatorum fabulâ) Calviniani.

XII. Non potest homo salvis Reformatorem hypothefibus de decreto Divino, respectus omnes antecedente, deque prædeterminatione actionum humanarum, plus boni facere, quam actu facit; quod justissimè iisdem jam olim Remonstrantes objecerunt.

Disp. XIX.

De

Voluntate DEI.

I.

Voluntas DEI antecedens, id est, universalis & serua, hominem salvandi, adeò clarè in Sacris expressa extat, ut non nisi ab animo penitus perverso negari possit. I. Tim. II. 4. II. Petr. III. 9.

II. Eadem claritate descriptum legitur, velle DEum &

&